

Cap.54.

A V G V S T I N V S

net, Röm. 14. Hoc caput cur improbari potuerit, nulla ratio est, siquam ex Dei verbo querimus, unde peti debet. 4 Nullum inter Christianos esse restaréve Pascha quod sit peragendum & celebrandum. Quam suam sententiam authoritate Pauli confirmant, 1. Corinth. 5. 7. Ait enim Paulus, Pascha nostrum immolatum est, Christus. Ergo non restat sacrificandum. Quod si obseruetur Pascha iterum, & ad legales ceremonias reuoluimur, & Christum in carne aduenisse negemus necesse est, simusque, ut ait Ioānes, Antichristi. Quare nec hæc ipsa Aerianorum sententia damnari debuit, quia vera est, & manifestissimè inter Cœnam Domini & Pascha distinguendum esse docet. Quæ de inducta carni abstinentia, & coniugiis ab iisdem improbatib, de Arianorum approbatione, episcopi addunt, reprounque inter Aerianę hæreseos hypotheses, si vera sunt, certè errarunt Aeriani: si minus (& mihi quidem ex hac ipsa Augustini oratione & titubatione, qui totum hoc dubium esse scribit, prorsus in eos calumniæ causa commentitia & conficta videntur) ex hæreticorū numero Aerianos eximimus: & inter schismaticos potius habebimus, si bene constitutum Ecclesię ordinem temerè perturbare sunt conati. Quod tamen ab iis factum fuisse haec tenus non appetet. Quare hos inter hæreticos minime notauimus.

3 Non potest ordinari.) Alibi Ordinare, alibi Ordinari. utrumque constare potest.

---

CAPVT LIII.

Aetiani & Eunomiani, cur sic dicti. Erroris autem eorum capita duo referuntur.

*Aetiani*